



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Coloniae Agrippinae, 1674

X. Ad Paulinum. Voce me pro vocas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37862

ficiam provocasti, & mihi secunda in rescribendo partes datae sunt, non venit de incuria in amicos, sed de ignorantia. Si enim scissem, praecurpassim sermonem tuum.

X. *Hieronymus Paulino Antiochena urbis Episcopo. Purgatoria est, quod non scribat exactius.*

VOce me provocas ad scribendum, teres eloquentiam: & in epistolari stylo propè Tullium representas. Quod quereris, me parvas & incompras literulas mittere, non venit de incuria, sed de timore tui: ne verbosius ad te loquens, plura reprehendenda transmittam. Et navigandi tempore tanta à me simul epistolae flagitantur, ut sic cuncta ad singulos velim scribere, occurrere nequeam. Unde accidit, ut omisâ compositione verborum & scribentium sollicitudine, dictum quicquid in buccam venerit, & amicum te tantum meorum dictorum non iudicem, considerem. Et scis ipse, non benè fieri, quod occupato animo fiat. Pileolum texturâ breve, charitate latissimum, senili capiti confovendo, libenter accepi, & munere, & muneris auctore lætatus.

XI. *Hieronymus Desiderio, respondens amanter & humiliter, illum verò predicans & invitans in Bethlehem.*

Lecto sermone dignationis tuae, quem mihi nec opinanti tua benevolentia tribuit, gavius quidem suo testimonio honesti & eloquentis